

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA PONTIANI PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

DECRETA PONTIANI PAPE.

tis, vitiis & flammis nutrire carnē, cibi & vini intemperantia animā, premere, ac vitam spiritus intercludere, & cōtra se hosti suo de se gladiū ministrare. Ecce quid suadet seculi sapiētia, vt qui boni facti sunt, mali esse malint, & per errorem mentis fieri etiam studeant peccatores, & non cogitent illam terribilem dei vocem, cum exurentur peccatores sicut fenum.

OMnes enim fideles per manus impositionē episcoporum spiritum sanctū post baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniātur, quia cum spiritus sanctus infunditur cor si dele ad prudentiā & cōstātiā dilatatur. De spiritu sancto accepim⁹, vt efficiamur spirituales, quia aīalis homo nō percipit ea que sunt spiritus dei, De spiritu sancto accepim⁹, vt sapiamus inter bonum malūq; discernere, iusta diligere, iniusta respuere, vt malicie ac superbie repugnemus, vt luxurie ac diuersis illecebris & fedis indignisq; cupiditatibus resistamus, De spiritu sancto accepim⁹, vt amore vite & glorie ardore succensi, erigere a terrenis mentem ad superna & diuina valeamus. Data nonas Septēbris, id est quinta die eiusdem mēsis Anthonio & Alexādro, iiii. cc. cōcess.

INCIPIVNT DECRETA PONTIANI PAPE.

A**P****O****N****T****I****A****N****V****S** **F****P****I****S****C****O****P****V****S** **F****E****L****I****C****I** **S****V****C****C****R****I****B****O****N****I** salutē. Oppido cor nostrū charitati vestre cōgaudet quod studiū sancte religionis summopere adimplere studetis, & fratres merentes, ac destitutos in fide & religione confortatis. Vnde redemptoris nostri misericordiā exoramus, vt sua nobis in omnibus grātia suffragetur, & effectu implere tribuat, quod velle concessit. In hoc itaq; bono tanto cōmoda retributionis accrescunt, quāto & studiū laboris augetur. Et quia in his omnibus diuine grātie adiutorio opus est, omnipotentis dei assiduīs p̄cibus clementiā exoram⁹, quatinus hec vobis semper operanda bona & velle tribuat & posse concedat, atq; in ea vos via cum fructu boni operis quā se pastor pastorum esse testatus est dirigat, vt sine quo nichil agi potest per ipsum implere bona que cepistis valeatis. De sacerdotibus autem domini quos vos audiūmus contra prauorum hominum insidias adiuuare eorūq; causas portare. scitote vos in eo valde deoplacere qui sibi eos ad seruiēdū asciuit, & familiares in tantum sibi esse voluit, vt etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atq; eorum peccata donaret, sibiq; reconciliaret, ipsi quoq; proprio ore corpus domini conficiunt & populis tradunt. De illis enim dictum est, qui vos contristabit me contristabit, & qui vobis facit iniuriā recipiet id quod inique gessit. & alibi. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Hi enim non sunt infestandi, sed honorandi. In eis quoq; dominus honoratur cuius legatione funguntur. Hi ergo si forte ceciderint a fidelibus sunt subleuandi & portandi, Accusandi autem non sunt ab infamibus aut sceleratis vel inimicis aut aliter secte hominibus vel religiōis, si peccauerint a reliquis arguātur sacerdotib⁹, sed & a summis pōtētib⁹ constringantur, & non a secularibus aut male vite hominibus arguantur vel arceantur. Quod ergo de fratrib⁹ vestri transitivos cōtristari audiūmus non modico compulsi sumus merore. Vnde omnipotentem deum rogamus, vt suevos grātie aspiratiōe consoletur, vosq; & a malignis spiritibus & a peruersis hominibus celesti protectione custodiat. Nam & si quos post illius obitum tumultus quorūdā aduersantiū sustinetis, nolite mirari, si vos qui frui bonis in terra vestra, id est in terra viuentium queritis, mala hominum in terra aliena portatis. Peregrinatio quippe est vita presens, & qui suspirat ad patriam ei tormentum est peregrinationis locus, etiam si blandus esse videatur, vobis autem qui patriā queritis inter suspiria que habetis, etiam gemitus audio humane oppressionis exurgere. Quod mira omnipotentis dei dispositione agitur, vt dū veritas per amorē vocat, mundus p̄sens a se ipso animā vestram per tribulationes quas ingerit reiiciat. Tantoq; facili⁹ ab amore huius seculi mens exeat, quanto & impellitur dum vocatur. Itaq; quod cepistis hospitalitatis curam impendite in oratione & lachrimis instantissime laborate. Elemosinis quas semper amastis iam nunc largius atq; vberius date operam, vt tanto post crescat vobis in retributione fructus muneris, quanto hic excreuerit studiū laboris. Preterea salutantes paterna dulcedine bonitatem vestram petimus, vt in bonis que cepistis ne deficiatis. Neq; vllus vos ab eis auertere possit sed

possit, sed in cunctis affectum vestre charitatis clerici & serui dei ac cuncti christiani qui in illis partibus commorantur, amore Christi & sancti Petri pleniter inueniant, & fauoris vestri solatiis quocumque necesse fuerit potiantur, quatinus vestra cuncti ope defensi, atque adiuti, & nos vobis gratiarum possimus existere debitores & Christus dominus nollet, atque beatus Petrus apostolorum princeps in quorum vos causis impenditis Iesus Christus eternam gloriam compenset, & beatus apostolus Petrus ipsius glorie ianuam aperiat. Data, x. kalen. Februarii Seueri & quintiano, iiii. cc. coecl.

ITEM EPISTOLA PONTIANI PAPE DE FRATERNA DILECTIONE, ET VITANDIS MALIS.



DONTIANVS SANCTE ET VNIVERSALIS ECCLESIAE A
 sic episcopus omnibus recte dominum colentibus & diuinum cultum amantibus salutem. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis. Hec verba charissimi non hominum sunt, sed angelorum, & non humano sensu excogitata sed ab angelis in ortu saluatoris annunciata, quibus indubitate ab omnibus intelligi potest, quod non male voluntatis, sed hominibus bone pax sit a domino data, unde & dominus per prophetam loquitur dicens. Quabonius israel deus his qui recto sunt corde, mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei quia emulatus sum contra iniquos pacem impiorum videns. De bonis vero ipsa per se veritas ait. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Mundi enim non sunt corde qui mala cogitant, aut nociua aduersus fratres suos, quia nichil mali vult qui fidelis est. Fidelis ergo homo magis diligit audire que oportet quam dicere que non oportet. Et si quis fidelis est videat ne mala loquatur, aut cuius insidias ponat. In hoc ergo discernuntur filii dei & filii diaboli. Filii namque dei semper cogitant & agere contendunt que dei sunt, & fratres indefinenter adiuuant, & nulli nocere volunt. Filii autem diaboli contra mala & nociua semper meditantur, quia opera eorum mala sunt. De quibus loquitur dominus per Hieremiam prophetam dicens. Loquar iudicia mea cum eis super omni malicia eorum. Propterea iudicio contendam adhuc vobiscum ait dominus, & cum filiis vestris disceptabo. Ecce ego fingam contrarios malum & cogito contrarios cogitationem. Hec fratres valde sunt timenda, & ab omnibus cauenda, quoniam super quem iudicium dei ceciderit, non exiet impunitus. Et ideo unusquisque B
 prouideat ne hoc machinetur aut agat in fratrem, quod ipse pati noluerit. Et nec i suspitione veniat homo fidelis, ut dicat aut faciat ea que pati non vult, unde suspectos, & inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non sunt bone conversationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent aut docent fidem, accusatores antecessores nostri apostolica repulerunt auctoritate, & nos submouemus atque futuris temporibus excludimus ne libenter labi possint quos nos tenere & saluare debemus, ne (quod absit) predictum dei iudicium super utroque veniat, & nos eorum vitio (quod deus auertat) pereamus. Scriptum est enim. Rector te posuerunt, curam illorum habe, ut leteris propter illos, & ornamentum gratie accipias, & coronam & dignationem consequaris cum rogatione. Verbum enim nequam immutauit cor ex quo quattuor partes oriuntur. Bonum & malum, vita & mors, & dominatrix est eorum assidua lingua. Pro talibus predicti vitandi admodum sunt, & priusquam predicti enudeatim examinentur opiniones, & ab illis alieni inueniantur non sunt suscipiendi, quoniam sacrificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Beneplacitum est domino recedere ab iniquitate, & laudatio recedere ab iniustitia. Quoniam scriptum est. Dilige proximum tuum & coniungere fide cum illo, quoniam si denudaueris absconsa illius non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. Non illum sequaris quoniam longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quia vulnerata est anima eius, ultra eum non poteris colligare, & maledicta est concordatio, denudare enim amici mysteria desperatio est anime infidelis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet. In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa audiui & non coequaui ei, & dominus odiet illum. Qui in actu lapidem mittit super eius caput cadet, & plaga dolosi diuidet vulnera. Quoniam qui fodit foueam incidet in illam, & qui statuit lapidem proximo offendet in eo, & qui laqueum alio ponit peribit in illo.